

EXPOSITIO III.



LAMAVIT Angelus voce magna, quae index erat magni affectus salutis hominum. Nolite nocere terrae, & mari; id est, ne per multam tempestatum excitatio morbos, pestes, mortes, ac varias calamitates inferatis; quoad usque signemus, seu ut Graecus habet: signemus, antequam magna pars hominum pereat, necessarium est ut electi a Deo, signo ejus corroborentur; servos Dei nostri: qui secundum Dei propositum electi sunt, quamvis aliqui modo non essent servi, sed futuri; in frontibus eorum, ut palam, & patenter se ostendant Dei servos, ac Christi affectas: nam quamvis aliqui essent occultati in speluncis; tamen comprehensi, & interrogati, se servos Christi profiteantur. Et audivi numerum signatorum, Ribera, ex singulis existimant, in fine mundi duodecim millia, & non plures, nec pauciores, salvandos, ac signandos. Tamen communior, & melior sententia tenet hic poni numerum finitum pro infinito, ac proinde multo plures convertendos, ac signandos esse. Dicitur tamen, duodecim millia de unaquaque Tribu; quia duodenarius numerus perfectus. Deinde in his, qui salvandi sunt ex Israele, ponitur numerus; non vero in his qui salvandi sunt ex gentibus. 9. Videtur magnum, quam dinumerare nemo poterat: quia plures salvandi sunt ex gentibus, quam ex Israele. Centum quadraginta quatuor millia signati; quia duodecim millia multiplicata per duodecim hunc numerum constituent.

QUESTIO VII.

Quare, cum unus tantum Angelus hic apparet, habens signum Dei, tamen voce magna clamat ad alios quatuor, in plurali: Quousque signemus?

57. Spiritus in quo magna vi resistentium. Richard.

Clamat iste quintus Angelus voce magna ad illos quatuor; quia si isti quatuor erant mali spiritus, inde voce clamat; quia eorum nequitia, & malitia magna vi, ac conatu resistendum est; Richardus Victorinus. Clamavit voce magna, quia eorum malitiam magne auctoritatis in aperta refranabar. Tamen isti quatuor Angeli erant boni, ut dixi hoc c. quæst. 1. & ided clamavit Angelus voce magna affectu nempe charitatis, ac sollicitudinis erga salutem hominum.

58. Difficultas quaestiois.

Tota quaestio inquit: Quare cum noster Evangelista dicat verba 2. Vidit alterum Angelum, habentem signum Dei viti: Nunc tamen plurali voce utitur de aliis quatuor: Quoad usque signemus servos Dei nostri? Videbatur dicendum, quoad usque signemus, nam ipse tantum habebat signum.

59. Haymo.

Recte respondet Haymo; ipse existimat, quod hic Angelus erat Christus, de quo dixi quaestione 3. Intuerunt, ait, quia cum superius,

unum Angelum se vidisse dicat Joanes, ipse Angelus nunc pluraliter loquitur, dicens; quousque signemus: Ego scilicet, & Apostoli mei; quod enim fecerunt Apostoli, ipse Christus fecit; qui in i. sis habitat. In fine mundi non erit Angelus, aut Christus, qui servorum Dei frontes signabit; sed hoc fiet, impulsu, ac inspiratione Christi, seu Angeli per viros Apostolicos, ut Eliam, & Henoch, ut dicam quæst. 9. Inde recte Angelus ait: quoad usque signemus: nam quod impulsu, ac inspiratione Angeli fit, ipse facere dicitur. Secundò aptè loquitur Angelus. Quoad usque signemus; quia talem curam, sollicitudinem, ac affectum erga genus humanum, non solum ipse habere volebat, sed ut simul cum eo omnes haberent.

Quod suspirant Angeli fit, dicitur Angelus facere.

Angeli desiderant, ut omnes habeant affectum salutis hominum. 60.

Merito tamen dubitatis; cur Deus hoc tantum munus designandi electos, ne cum reprobis, ac malis involvantur, uni tantum Angelo committitur; cur non plures Angeli ad hoc assumuntur? nonne unus facile falli poterit, & aliquando reprobos pro electis designabit; id sanè accidere poterat, si homo esset ille signator; at Angelus est, qui solus optimè valet dignos, ac bene merentes designare. Guericus Abbas: sermone de Domin. in Ramis. Jam non arbitrio hominū, ait, sed iudicio, & ministerio Angelorū, signabitur Thau super frontes vivorum, ut discernantur salvandi a malis, & reprobis. Expende illud: non arbitrio hominum, cum illa discretio, ac designatio salvandorum, non fieret arbitrio hominis; iniquis, ac pessimis nullus dabatur locus sperandi supremam sortem, & dignitatem: ided designatio, quæ non admittit immerentes, ac indignos, Angelo committitur, non homini: nam quæ hominis sunt, & per homines fiunt, bonos, & malos sæpè admittunt.

Guericus.

Electio facta per homines dignos, & indignos, capis.

Illustrissima Rebecca ex sanctissimo viro suo Isaac concepit; & cum maxime è utero gravaretur, divinum Oraculum consulit; cui responsum est: Duæ gentes sunt in utero tuo, & duo populi, ex ventre tuo dividentur. Gen. 25. num. 23. ex omnibus uxoribus Sanctorum Patriarcharum, sola Rebecca invenitur in utero suo duos filios habens; Jacob nempe, & Esau, quorum primus bonus, & electus est, secundus vero malus, & reprobus; Et cur Deus in femina tantum voluit tales conceptus reperiri, simul scilicet, boni & mali, electi & reprobi? Respondetur in illa Ecclesia militans, adhuc ex hominibus viatoribus constituta; quod autem ex hominibus fit, & constat, bonos, & malos capis, electos & reprobos admittit. Guericus Abbas serm. 3. de Annuntiatione Domini: Gravida est, ait, & fratres Ecclesia, non sicut Maria solo Jesu sed sicut Rebecca Jacob, & Esau, non solum scilicet bonis, & modestis, sed etiam dyabolis, & indisciplinatis: quos tamen ipsos propter nomen Jesu, vel forsitan aliquod inivium substantia eius, Ecclesie viscera suscipiunt & amplectuntur: Quandiu enim sumus in hoc sæculo, & res per homines administrantur, ita frequenter accidit, ut etiam a probatis vitiis mali, & impii ad præstantissima admittantur, ac eligantur.

Genes. 25. Quod se homines fit bonos & malos admittit.

Guericus.

Ait Christus Matth. 13. numero 47. Simile est regnum caelorum Sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quam, cum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt: Ecce in Sagena inveniuntur mali, & reprobi;

Matth. 13.

Theoph.

& quomodo Sagena illa à se non excludit malos, sed eos admittit: Theophylactus: Sagena illa est doctrina piscatorum Apostolorum, quæ ex miraculis, & Prophetarum vocibus contexta est; Hac igitur Sagena ex omni genere congregavit Barbaros, Graecos, Judæos, meretrices, publicanos, latrones, &c. Ecclesia fundabatur; & constituebatur per homines viatores, qui licet essent sanctissimi, utpote Christi Apostoli, non valuerunt evitare, quin aliqui indigni, ac malè merentes, ad magnas functiones admitterentur; non est hominis in hoc sæculo viventis, solos bonos, & dignos admittere, & malos excludere: Hoc enim pertinet tantum ad divinum lumen, quod intima cordis agnoscit, & omnes futuros eventus penetrat.

Humanum iudicium eligendo sapè fallitur.

QUESTIO XIII.

Quare cum quatuor Angelis datum sit, nocere terræ, & mari, nunc quintus Angelus prohibet eos; dicens; nolite nocere terræ, & mari?

61. Albert. Difficultas quaestiois.

Hanc quaestionem in præsentia excitat Albert. Magn. nam supra v. 2. dicitur, quod quatuor Angelis, datum sit nocere terræ, & mari: Nunc vero Quintus Angelus apparet in Sole voce magna clamans, hoc eis prohibet, dicens. Nolite nocere terræ, & mari. Cur data potestas sic interdicitur, & suspenditur?

62. Albert. Mag. Diaboli voluntas vult plus nocere, quam est datum.

Respondet cit. Albert. Magn. Quia Diabolus, ait, quantum est de voluntate sua, potestatem suam desiderat semper ampliare: & ided mala voluntas eorum cohibetur, ne possint nocere, quantum vellent. Proprium ministri ingenium est, semper ampliare suam potestatem, & aliquid addere ultra id, quod commissum est; quamvis ergo quatuor Angelis, qui iuxta multorum sententiam q. 1. mali erant, datum esset, nocere terræ & mari; nunc Angelus quintus eos prohibet: Nolite nocere terræ & mari; quia cum essent ministri, ultra sibi datum, volebant procedere; & ided noranter ait iste Angelus: Nolite nocere terræ, id est, ne tantum malum inferatis, quantum vultis & intenditis.

63. D. Thom. Ministri volunt addere, supra id, quod eis est datum.

Quod bene confirmo ex ipso text. nam v. 2. dicitur, quod quatuor Angelis datum est, nocere terræ, & mari, id est, ut explicat D. Th. peccatoribus visibus, & fluxibus, vilibus propter peccata jam facti fluxibus propter fuerunda. Quomodo iste quintus Angelus clamat: Nolite nocere terræ, & mari. neque arboribus; id est, iustis; ad quid nunc Angelus prohibens; addit arbores, cum hoc non esset eis datum in sua commissione; cum essent ministri, intentabant suam jurisdictionem ampliare; & cum esset eis datum, nocere terræ & mari, peccatoribus nempe; volebant, manus suas extendere ad iustos, qui per arbores significantur, ut hoc docet D. Thom. iuxta illud Palm. 1. n. 3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Tunc sic ait Angelicus Doctor: Dicuntur enim iusti arbores; quia sunt fructiferi per bonam operationem, folia Sylvestra in Apocalypsim. Tom. 1.

habent in medicinam per salutiferam eruditionem & umbram habent per edificationem, quæ ex aliis per exemplum in refrigerium contra asinum ventorum: in terra radicantur per humilitatem: in ramis dilatantur per charitatem: de tali arbore dicitur Matth. septimo. Omnis arbor bona, fructus bonos facit.

Videns Deus peccata Sodomorum, jam ultores Angelos miserat, qui funditus everterent civitatem peccatricem. Angeli vero, ut rem executioni mandarent, sic urgent Loth iustum pergere in locum designatum. Gen. 18. n. 22. Festina & salvare ibi; quia non potero facere quidquam, do, ec ingrediaris illuc. Angeli Dei quid agitur; cur jubetis, festinare iustum; si nihil mali inferre potestis miseris, dum iustus non abest finite morari iustum; finite, ut lentè, & pigrè discedat, ut longiores dentur inde hominibus induciae. Deus non iustitiam differri iustitiam, & dilatari indulgentiam donec ipse iustus exiret. Cur vos Angeli sæviores vultis in homines existere; cur cum Deus lentat, vos acceleratis supplicia, & anxie indulgentiæ tempora evertere nitimini; notavit D. Ephren. in Loth: Creator, ait, super caelestibus virtutibus iustitiam, ut tantisper intentas contineant minas, donec ex medio ipsorum iustus salvetur. Deus Angelis mandavit, ut Loth educerent de civitate; at ipsi cum essent ministri, non tantum mandatum volunt adimplere, sed aliquid se suo addiderunt, accelerationem nempe, ut festinanter Loth compellerent exire, ut supplicium accelerarent, & indulgentiæ tempus preoccuparent. Vide quæ dixi tom. 1. in Evangel. lib. 1. c. 4. q. 26. n. 60. & tom. 3. c. 18. q. 1. n. 9.

66. Genes. 19.

Ministri ultra sua commissa missionem procedunt.

S. E. Iren.

QUESTIO IX.

Quòdnam erit signum, quæ ve nota quæ Angeli signant servos Dei?

Alcazar existimat, hic signari servos Dei, primitivæ Ecclesie Christianos, ne plagis, quibus Judæi increduli afficerentur, ipsi tangantur, ac involvantur. Matthias Suecia, Præceptor S. Bern. Senenl. servi Dei, ait, dicuntur habere in frontibus signum divinæ contemplationis, sicut v. 9. dicuntur in manibus habere palmas bonæ actionis. E contrariò servi Antichristi, c. 13. dicuntur habere characterem bestiae in dextera manu, & in frontibus; qui character, est perversa actio in opere, & malignitatis studium in mente. Tertio, D. Tauler. in opusculo, quod vaticinium inscripsit, videtur existimare, quod hoc signum, sit signum Toan externè, ac visibiliter positum ab Angelo in fronte servorum Dei.

67. Alcazar.

Matthias.

Tauler.

Nulla ex his sententiis placet; non prima; quia hic non est sermo de persecutione Judæorum in Christianos, quæ jam per multos annos præcesserat; & liber est propheticus de futuris; deinde hoc pertinet ad iustos, qui per arbores significantur, ubi sermo est de Antichristo. Non secunda sententia; quia hoc signum, seu sigillum, non est bona operatio, quia tunc poneretur in manu; ergo est aliquid appositum in frontibus eorum, ut ait textus. Non tertia sententia placet. Oo 2 quia

68. Impugnatur predicta sententia.

quia etſi tempore Antichriſti, multi, & magni viri publicè, ac patenter pro fidei Chriſtiane confeſſione ſtabant, eamque prædicent, ut magnus Parens Elias diſcipuliſque ejuſ; tamen multi abſcondent ſe, & niſi coacti, non prodibunt: imò & multi ſe in montibus, ac deſertis abſcondent juxta illa Matth. 24. Qui in Judea ſunt, fugiant in montes, ibique in ærumnis diem obſtant.

69. Alluſionem ad multa.

Exod. 12. D. Hieron. Machar.

Exod. 28.

70. Ezech. 9.

D. Hieron. Origen. Tertullian. D. Ambr. Cl. m. Alex. Eldræ. 4.

71. Gal. 6.

Lypſius.

D. Ambr. Miles feroban. nomen Imperatoris. D. Auguſt.

72. Rupert. D. Bernard. Peccira. Rupert. Joachim.

Cruce ad inſignium aſſignationem.

Tertullian.

73. Andr. Caf. rons publicum ſignificat.

ſtè, ut in omnium oculis ſe ab infidelibus diſtinguant; publicè, ac intrepidè Chriſtum prædicent, ac clament, & dicitur, in frontibus eorum; hoc eſt publicè, & manifeſtè: nam frontis pars eſt corporis maximè publica, index ac oſtentatio totius animi. Cicero de Perit. Conſul. ait: Janua animi frontis eſt. Et oratione prima in Cætilianam ait: Sit inſcriptum in fronte uniuſcujuſque civis, quod de Republica ſentiat: Vel in fronte ponitur Crux; quia nihil honorabilius, nihilque ſpecioſius habetur, quo Dominus ſuos decoraret, & pulchriores redderet, ſic ait Sedulius lib. 1. operis Paſchalis cap. 23. Crux ſcilicet Arma cœleſtia, fidele frontis decus.

Cicero.

Cruz decus hominis.

74. Signum inuifibile.

Tertiò, Angeli forè ſignabant ſervos Dei in fronte; ſigno ſpirituali, ac inuifibili, quod non diſplicet Cornelio à Lapide; quod ſignum erit inuifibile, ignotum hominibus viuentibus in ſæculo; notum, & manifeſtum Angelis percutientibus, ac tenentibus ventos, ut juſtos immunes ſeruent à tempeſtate perſecutionum: nam, ut eſt communis ſententia, & dixi tom. 4 in Evangelia cap. 50. quæſt. 12. num. 87. quod in finali iudicio electi apparebunt ſignati in fronte ſigno Crucis: ergo probabile eſt, quod tempore Antichriſti, Angeli ſignabant in fronte ſigno Crucis, quod ſignum in ipſo die iudicii fiet apertum, & manifeſtum.

Cùm ergo Joannes ait: Vidi alterum Angelum habentem ſignum Dei vivi, per hoc ſignum; Cruce Domini intelligit, ut ſententur D. Hieronimus, D. Chryſoſtomus, D. Auguſtinus, D. Hieronimus, & communiter omnes Patres, quos allegavit. quæſt. 12. num. 84. loquens Chriſtus de extremo iudicio Matth. 24. num. 30. ait: Tunc apparebit ſignum filii hominis, Crux ſcilicet, ut canit Eccleſia; Hoc ſignum Crucis erit in celo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Nam, ut ait Divus Cyrillus, Carech. 15. Signum verum, & proprium Chriſti Crux eſt. Per Crucem Chriſtus, qui nos redemit, maximè manifeſtus, notus ac celebris factus eſt in toto mundo; & à Deo Patre exaltatus, & ſublimatus eſt.

75. Cruz Dei ſignum.

D. Cyr. Al.

Match. 24.

76. Cruz ſignum Dei vivi. Hugo.

Dices: videretur, quod non rectè Crux dicatur ſignum Dei vivi, ſed potius dicendum; ſignum Dei mortui: nam in Cruce Deus eſt mortuus. Rectè tamen dicitur ſignum Dei vivi; Hugo Cardinalis; Crux, ait, ſignum fuit Dei vivi; ibi enim ſe oſtendit vivum Deum, quando cum clamore valido emiſit ſpiritum, quod eſt contra naturam humanam; quia in morte coarctatur ſpiritus; & debilitatur homo in tantum, quod vix loqui poteſt. Et deinde verum eſt, quod Chriſtus in Cruce mortuus eſt; tamen in Cruce nobis vitam dedit; & ſic vitam noſtram æſtimat, ut tunc nomen vivi æſtimat, cum ſuis donat vitam.

Deus maxime æſtimat vitam quam dat.

Dico ſecundò, ad maiorem huius rei expli- cationem, quod omnes ſervi Dei, ac electi ejuſ, ſignati ſunt ab ipſo per gratiam ſuam: ac dona Spiritus ſancti; juxta Divum Paulum Ephes. 1. cap. 1. num. 13. Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto. Et cap. 4. num. 30. In ſpiritu ſancto Dei ſignati eſtis. Et 2. Timoth. 2. num. 19. Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc. Angeli ſicut nec penetrant ſecreta cordium, ac conſcientiarum, ita etiam nec in eis vident gratiam, nec dona Dei; unde hoc certò non ſciunt, niſi per revelationem, ac illuminationem à Deo.

Signantur fideles per gratiam Ephes. 1. Ephes. 4. 2. Tim. 2.

gnantur

77. Cruz munimen ad ſummam & maximam tribulationem.

Joachim.

78. Exod. 14.

4. Reg. 19. 79. D. Auguſt. D. Chryſ.

Signo Crucis evaneſcunt omnia pericula adverſa.

80. Gen. 7.

Daniel.

Signantur ergo ſervi Chriſti in fronte ab Angelis modo ſupra explicato, ſed cur hoc dicitur potius de tempore Antichriſti, quàm de alia qualibet earum perſecutione, quæ fuerunt in orbe ſub Nerone, Domitiano, Diocletiano, Maximino, ac aliis atrociffimis tyrannis; ſed tantum de tempore Antichriſti dicitur, quod ſignabuntur electi ſigno crucis; erit tunc tribulatio maxima, qualis nunquam fuit ab initio, ut ait Chriſtus Matth. 24. tunc enim ſpecialiter adest Deus magno munimine, & robore: pro qua conſideratione ſtat Joachim Abbas: Ut ſignati ſigno Crucis, & armati armis lucis, poſſint reſistere in die malo; pro ergo maxima tribulatione, datur maximum præſidium, & robur, quale eſt à ſigno Crucis. Caſſiodorus ad Pſalmum 4. ad illa verba: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: quod de ſancta Cruce interpretatur, & ſic ait: Crux eſt humilium invidiæ trivio, ſuperborum deſectio, Victoria Chriſti, perditio diaboli, infernorum deſtructio, cœleſtium confirmatio: mors infidelium, vita juſtorum.

Egreſſus populus Iſraël de Agypto, maximè timebat, videns à tergo armatos exercitus Pharaonis, qui fugientes perſequabantur, à fronte verò habebat frementes maris fluctus: Quid interea inter tantas anguſtias faceret, maximè ignorabat? Monet Deus Moylem: Tu autem eleva virgam, & extende manum tuam ſuper mare, & divide illud. Exod. 14. n. 16. Ad quid unius virgæ elevatione diſponit Deus, ut fluctus maris recedant ab Iſraëlitis; & hoſtes omnes à fluctibus abſorbantur? Nonne potuit facere Deus ut uno verbo, & uno miſſo Angelo, aquæ recederent, & omnes hoſtes perirent, ut factum in exercitu Sennacherib 4. Reg. 19. n. 35.

Ad quid ergo tantum miraculum vult Deus operari elevatione virgæ? Solemnis eſt doctrina Sanctorum Patrum Auguſtini, Chryſoſtomi, & aliorum, quod educens Deus populum de Agypto, eum inſtruebat, ac diſponebat ad accipiendam divinam legem; & ad eum introducendum in terram promiſſionis: & inde vult, ut mare faciat viam Iſraël; & ut hoſtes pereant elevatione virgæ: quia hæc eſt cœleſtis doctrina, quod omnia pericula, ac hoſtes adverſitates uno Crucis ſigno pereunt, & fugantur: Et cum illa virgæ, Crucis figura eſſet, ſtatim in ipſo itineris exordio ſuum populum voluit inſormari, quod uno ſigno Crucis omnia irruentia mala ſuperabuntur: favor D. Ambroſius in exhortatione ad Virginem. Verſate, ait, manibus veſtris Crucem Domini Jeſu, & in veſtris eam operibus abſolvantes, calcate mundi huius profundum, & pertranſite: at quicumque voluerit perſequens comprehendere vos, demergatur.

Peractò diluvio univerſali, ait ſacer textus, quod univerſa deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noë: & qui cum eo erant in arca. Gen. 7. n. 23. pereuntibus, omnibus ſub verberè fluctuum: Noë cum ſuis beneficio unius lignæ arce ſalvatur Sed ut Noë cum ſua familia eſſet incolumis, ad quid fuit neceſſaria arca cum tanta operatione, quæ per centum annos fabricata eſt? bene enim potuit Deus facere, ut Noë cum ſua familia in medio aquarum cuſtodiretur, ſicut ſervavit pueros illeſos à flammis in medio camini ignis ardentis. Daniel 3. n. 50. Ad quid tam operoſa machina ſigni arce ad ſalutem Sylvæ in Apocalypſim. Tom. I.

Noëmit Vqluit Deus, mundum reformare à ſua antiqua malitia, ac perditione, quæ inceperat in Adamo per lignum veritum, in qua uniuſcujuſque corruperat viam ſuam: ſicut ergo malum, ac perditio generis humani cum innumeris periculis ingreſſa ſunt in mundum per lignum: ita & voluit, ut in reformatione, per aliud lignum ſalus & vita, cum munimine ab omni periculo, ac malo, ingrederetur figurà, ac ſigno Crucis nobis ut vita, ſalus, ac victoria de omni adverſitate D. Baſilius Seleuc. orat. 5. O arca, ait, paradifo firmior! illic lignum fuit mortis inſtrumentum, hic lignum fuit ſalutis gubernaculum, O Noë hominum progenitor, Adamo anteferende! o qui tuior divine bonitatis fidei juſſor illuxiſti! O qui graſſantem per genus humanum execrationem ſtetiſti! Vide ſupra cap. 2. quæſt. 21. n. 262. 263. & noſtros quinque Tomos in Evangelia. Verbo Crux, ubi multa.

Cum ſigno Crucis ſuperatur omnia pericula

D. Baſil. 81.

QUÆSTIO X.

Quare ponitur determinatus numerus ſignatorum ex filiis Iſraël, centum quadraginta quatuor millia.

EX qualibet Tribu filiorum Iſraël dicuntur ſignati duodecim millia, & duodecim millia multiplicata, conſtituunt numerum centum quadraginta quatuor millia: tamen v. 9. introducit multitudo magna ex omnibus gentibus, populis & linguis, quam dinumerare nemo poterat, cum palmis, ac ſtolis albis: & quamvis hæc ſecunda multitudo ſupponatur ſignata: non tamen dicitur expreſſè: & ratio eſt, quia in prima multitudine filiorum Iſraël denotantur electi vocati in via in ſortem Dei: & hi dicuntur propriè ſignati ad illam ſortem: At ſecunda multitudo introducit jam in ipſa beatitudine, ac in poſſeſſione illius ſortis Dei: & idè non dicuntur propriè ſignati, ut latius explicabo infra.

81.

Quæſtio tamen principaliter inquiri, quid denotetur in hoc numero: Centum quadraginta quatuor millia ſignati ex omni Tribu filiorum Iſraël. Primò, Aureolus, & alii exiſtimant, in hoc numero denotari, multos fore convertendos tempore Conſtantini Imperatoris, tam ex Judæis, quàm ex gentibus. In qua etiam ſententia eſt Lyranus, qui per Iſraël accipit Lyran: quolibet fideles, tam ex gentibus, quàm ex Judæis hi enim dicuntur Iſraël ſecundum ſpiritum.

82.

Secundò, Primafius, D. Ambroſius, Haymo, Anſbertus, D. Anſelmus, Beda, Richardus, & alii tenent in hoc numero ſignificari omnes electos: Hi enim dicuntur filii Iſraël, ac duodecim Patriarcharum: filii, inquam, vel naturales, ut ſunt Judæi, vel ſpirituales per fidei imitationem, ut gentiles.

83. Primaf. D. Ambroſ. Haymo. Anſbertus. D. Anſelm. Beda.

Ad hanc etiam ſententiam pertinet Alcazar, qui exiſtimat, hic ſermonem eſſe in univerſum de omnibus electis, non pro quolibet tempore futuro, ſed pro illo primo ſæculo Chriſti.

84. Alcazar.